Consortem Suam quam maritum ipsi mori et de hac luce decedere contigerit. Extunc isidem Maritus Suus bona Suprascripta Sua generaliter omnia, et res Supra memoratae consortis suae derelictas, cum omni praemissorum Jure dominio proprietate Universisque et singulis eorundem bonorum utilitatibus fructibus proventibus, commodis emolumentis, attinentijsque et pertinentijs generaliter universis tenebit habebit et possidebit; illisque quiete et pacifice utifruet ad extrema vitae suae tempora. Post mortem vero, et de hac luce decessum eiusdem mariti sui extunc bona Suprascripta omnia resque memoratae, morte praenominatae consortis suae derelictae praesenti Aduitalitiae subiectae ad successores praefatae consortis suae sine quauis contradictione et impedimento successorum immorati sui redibunt et deuoluentur, deuoluique debebunt. Hac sua praesenti personali mutua et reciproca Recognitione ad praemissa omnia mediante.

Feria Quinta Post Dominicam Inuocauit Quadragesimalem. Proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Septuagesimo Primo

19/II

Rociborowski Polanowskie Quietat.

525

Comparens personaliter coram officis et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premyslien.

ntis

Nobilis Petrus Raciborowski Sanus mente et corpore existens à Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibus suis quibusvis proprijs et competentibus recedendo: Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quoad Actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo palam libere publice ac per Expressum recognovit. Quia ipse Gnosum Vladislaum de Polanowice Polanowski Vicecapitaneum Boscen olim Gnosi Joannis de eadem Polanowice Polanowski filium et successorem legitimum, de summa Centum Quinquaginta florenorum Polonicalium sibi Recognoscenti per praedictum olim Gnosum Joannem Polanowski Parentem ipsius Actis Castren Trembouliensis in Anno Millesimo Sexcentesimo Trigesimo Nono inscripta, et ad Solvendum super bonis ipsius proprijs videlicet Curia certa in bonis Villae Huszovce Terra et Districtu Halicien modo obligatorio ad Triennium de Triennio assecuratt: necnon de eadem Inscriptione obligatoria Castrensi Capitaneali Trembouliensi. Tum et de quibusvis omnibus membranis Hyrographis Scriptisque manualibus rasis roboratis et non roboratis, alijsque quibusvis praetensionibus intuitu bonorum suprascriptorum Exoriundis ob plenariam et sufficientem sibi Recognoscenti Satisfactionem Quietat emittit dimittit dimittit liberumque et absolutum perpetuo facit et pronuntiat. Inscriptionem eandem obligatoriam membranas Scriptaque quaevis manualia, cum omnibus eorundem

Conditionibus

conditionibus in toto et per omnia cassat mortificat et annihilat. Sibi suisq posteris ratione praemissorum perpetuum imponendo silentium.

Korytko Stawskiego Quietat.

Coram Subdelegato Gnoso Adamo Joanne Gorski Camerario Graniciali Premysliensi in Locum infrascripti Gnosi Nicolai de Vnchow Ustrzycki Notarij Loci praesentis munus hoc Subdelegationis in se bracq sua generaliter omnia ultro libere benevole coassumente officioq et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premysliensibus comparens personaliter Gnosus Franciscus in Pohorce Korytko Capitaneus Vaueloccen Sanus mente et corpore existensa Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq quibusvis proprijs et competentibus recedendo. Praesenti vero Castrensi Capitaneali Premysliensi Jurisdictioni, quoad Actum hunc attinet secum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subijciendo palam libere publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Gnosum Joannem à Staw Stawski Pocillatorem Leopoliensem Vicecapitaneum loci praesentis eiusq Successores, de scripto certo manuali, in rem et Manus sui recognoscentis per eundem Gnosum Capitaneum Loci praesentis Ratione certarum rerum et conditionum in eodem scripto contentarum de Actu et data illius hic Premysliae Sabbatho post Festum Purificationis Beatissimae Virginis Mariae proximo Anno praesenti confectt conscriptto dato manu ipsius propria Subscriptt et Actis Officij praesentis roborato Vadio Undecem. Millium florenorum Polonicalium firmatt eiusq Inscriptionis

526